



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XC.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

- 9 Probatio, & fides semiplena ex pacto partium plena fieri potest.
- 10 Instrumentum et non solenne producens videtur illud acceptare, & approbare, omniaque in eo contenta vera esse sateri, ut & pro se, & contra se fide faciat: & quod hoc sit verum, & an procedat in instrumento raso, cancellato, interlineato, & suspecto de falso, n. 2. 2.
- Et quid, si produceret illud cum protestatione in parte, et partibus. n. 2. 3.
- 11 Sententia facit ius inter ipsas partes, & heredes suos.
- 12 Doctor, & eques de bonis, & pecuniis propriis acquisivisse presumitur.
- 13 Acquirere, et lucrari quisque presumitur ex industria et exercitio suo.
- 15 Instrumentum in summaris debet esse sine macula, & abrasione, nec sufficit illud ex probatione aliorum testium, adjuvari.
- 16 Instrumentum carens indicatione redditur in totum suspectum, & nullum.
- 17 Nec indicationis defectus in instrumento per expressionem amici, & millefimi suppletur.
- 18 Demonstratio rei expresse debet clare per appositionem consensu, & loci fieri, aliis pro non expressa habetur, nec super illa tanquam incerta potest condemnatio sequi.
- 19 Instrumenti mentio simpliciter facta intelligitur de valido, & non de invalido.
- 20 Sententie appellatione intelligitur de valida.
- 21 Pluralitas actuum, & instrumentorum in dubio non presumitur.
- 24 Demonstrandi causa dicta non nocent.
- 25 Sententia contra heredem lata non nocet legatariis non citatis.

E P I T O M E.

Instrumentum raso, cancellatum, & interlineatum, inter carens indicatione non facere plenam, & legitimam probationem, nec ex productione illius, & ex aliis hic expressis eius fidem supplere, nec approbari, in casu huius consilii ostenditur.

C O N S I L I U M X C.



In causa uertite super quibusdam terris inter priorem, & fratres conventus sancti Domini in ci una, & heredes olim dni Ioannis de Ragonibus de Mutina ex altera coram domino Ioane Francisco persona ab ipsis partibus concorditer electa occasione conventionum, de quibus in instrumento quodam transactionis in curia Romana inter ambas partes mediantibus earum procuratoribus facta habetur, uisus, & diligenter consideratis omnibus, & singulis scripturis, totoque processu causae, ac allegationibus utriusque partis, & praesertim quodam originali cuiusdam instrumenti, in quo aliqua reperiuntur rasurae, seu cancellationes, ac et interlineationes, seu apostillae in margine descriptae, quae sint partes dicti domini Ioannis Francisci iudicis electi, & deputati in iudicando, & super hac causa pronuntiando, breuius, quam possum, explicabo. Et quamuis coram ipso domino Ioanne Francisco processum fuerit, ut coram iudice, ueluti in processu causae continetur, tamen hoc est improprie dictum quoniam cum ipse fuerit electus de consensu partium, & occasione praebulae conventionis earum, iudex proprie loquedo dici non potest, ut in l. priuatorum. cum materia. C. de iurisdic. omnium iud. sed arbiter, ex quo de iure debet iudicare, qui largo modo loquedo potest dici iudex, seu ut iudex procedere, cum arbitria sint ad instar iudiciorum redacta, ut in l. i. ff. de arbitr. & ibi Roma. qui late ponit, in quibus conveniant, & in quibus differant. Sed ueniendo ad decisionem, & resolutionem praesentis causae, praemitto in primis, quod sumus in casu, in quo plene, & uere, non autem semiplene, nec presumptiue probationes fieri debent pro parte haeredum dicti domini Ioannis, & hoc attentis uerbis instrumenti transactionis, in quo per dictos haeredes, uel eorum procuratorem facta fuit reseruatio iurium pro medietate, uel minori parte terrarum del Vandolo, quam terrarum medietatem, uel minorem partem asserunt ad se spectare, quia fuerunt dictae

omnes

S V M M A E.

- 1 Index proprie non dicitur sed arbiter ille, qui est de consensu partium electus.
- 2 Probationis simpliciter appellatione in summaris uenit etiam semiplena probatio.
- 3 Ius de probatione legitima mentio fieret, & de qua probatio nec tunc intelligitur.
- 4 Probatio uera, & plena requiritur, quando fit mentio de probatio ne per medium consensu omnis, & tunc nunquam uenit probatio semiplena, uel presumptiua.
- 5 Probatio per instrumenta publica dicitur uera, & plena probatio, & approbatione per testes non differt, immo instrumentis necesse quandoque creditur.
- 6 Instrumentum prima aliqua in parte deficiens, & utriusque fides potest ex alio instrumento ualido illius primam referre, & declarare repleti, atque probari, & num. 19. ubi id limitatur.
- 7 Rasura, cancellatio, & interlineatio reddunt instrumentum ita suspectum, ut ex eo nulla fides fiat, & num. 14.
- 8 Instrumentum cancellatum, & interlineatum fides potest ex alia scriptura

omnes terræ emptæ, & acquisitæ pro parte, & nomine, & de pecuniis dñi Gasparis patris domini Christophori, & dicti domini Ioannis, & consequenter et pro parte ad ipsum dominum Ioannem, uel eius hæredes spectare, & pertinere debent: & idem ambæ partes conueniunt, quod hæredes prefati domini Ioannis tenerentur per totum mensem Maii legitimè probare coram eligendo partes summarie, & extraiudicialiter, quod medietas, uel minor pars illarum terrarum de iure spectauerit, & pertinuerit ad dictum dominum Ioannem nominibus, quibus supra, ex iure dicti domini Gasparis, & quod fuerit empta pecuniis ipsius domini Gasparis: quo termino elapso, & non probato, ex nunc &c. Noto illa uerba legitimè probare debeant coram eligendo summarie &c. nã

2 ¶ licet in iis, in quibus summarie, & de plano est procedendum, appellatione probationis simpliciter ueniat semiplena probatio, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Bar. in extrauagan. ad reprimè. in uer. summarie. in ultimi. col. uerfic. sed in causa summaria, cum similibus adductis per Decium in rubrica extra de probatio. col.

3 17. tamen quando fit mentio de probatione legitima, non sufficit probatio semiplena, & per præsumptiones facta, sed requiritur uera, & plena probatio, ut est glos. not. communiter approbata. in l. cū de indubitato. in princ. in uerb. legitimis. ff. de probatio. & propterea non sufficeret iuramentum, quamuis possit dici probatio, ut ibi, & habetur in c. at si clericus. per glo. in prin. in uer. probatione. de iudi. & licet Dec. in d. rub. in ultimi. col. hoc restringat, tres casus considerando, tunc eius uerba, & restrictio nobis optimè inscriuunt, nã dicit, quod ubicunque in aliqua dispositione fit mentio de probatione legitima, & hæc mentio fiat principaliter, & non incidenter, tunc uerba debent intelligi de uera, & plena probatione, non autem de præsumptiua, nec de semiplena; sed in terminis nostris fit mentio principaliter de legitima probatione, ueluti ex uerbis dicti instrumenti transactionis constat, ergo &c. Secundo potest et illa uerba in dicto instrumento posita, quo termino elapso, & non probato &c. quæ sunt uerba ablatiuu absoluti solita conditionem importare. l. a testatore. &

4 ibi Bar. & in l. i. ff. de condit. & demonst. ¶ Sed ubicunque fit mentio de probatione per modum conditionis nunquam uenit probatio præsumptiua, uel semiplena, sed requirit uera, & plena. l. lucius. & ibi Bar. ff. de conditio. & demonst. Bar. in l. ait prator. §. si iudex. in fi. ff. de re iudica. Bal. in l. ex sententia. circa fi. uerfic. quarto, de qua probatione. C. de senten. quæ sine cer. quan. p. fer. & in c. quoad consultationem. de re iud. col. 3. Roma. in rub. ff. de arbit. colum. 7. & ita tenet Alex. plura adducens, & hoc confirmans in l. licet imperator. ff. de lega. 1. & allegat rationem, quia conditio debet impleri uerè, & non præsumptiue, & plenè, non autem semiplenè, nec per æquipollens iuribus uulgaribus, & adducit et doctrinam Bar. in l. i. C. de fid. instrumen. & iure haste fisco. lib. 10. & hanc esse communem opinionem attestatur Deci. in d. rub. col. 18. quamuis ipse disputatiuè loquendo contrariu attentauerit. ¶ Hoc præsupposito, quod in casu nostro necessaria fuerit plena, & uera probatio, uidelicet quod hæredes domini Ioannis necessario debuerint plenè, & uerè probare dimidia, uel minorem partem dictarum terrarum de iure spectasse, & pertinuisse ad dictum dominum Ioannem nominibus, quibus supra, hoc est iure domini Gasparis eius patris, & illam dimidia fuisse emptam pecuniis ipsius domini Gasparis, modo uidentum est, an per prefatos hæredes hæc infra tempus conuentu uerè, & plenè probata fuerint, & id magis uidetur concludendum esse, quoniam dicti hæredes ad hoc probandum produxerunt instrumentum publicum confectum de anno 1466. de mense Maij, & scriptum manu ser Antonij de Ca-

uarisij in quo dicitur, quod illi de Vandolis rebus domino Christophoro de Ragonibus omnibus & hereditatibus Thomæ de Vandolis, quæ bona sua, & hereditas dicti Thomæ sint, & esse, & intelligatur pleno iure ad dictum dominum Christophorum uigore eius crediti, ita quod ipse dominus Christophorus teneatur, & debeat dare, & soluere de Vandolis libras centum quinquaginta pro dimidia bebularum triginta quatuor terrarum in infrafractis terrarum positis, & confinatis, quæ sint, & esse, & gant domini Gasparis patris dicti domini Christophori, quæ pro ipsa dimidia soluit, & soluere debet nariorū, & frumētū quantitātē: ex quibus libris quinquaginta ipse do. Gaspar dedit libras centum uero &c. hæc sunt uerba instrumenti confecti in instrumento publico de hoc confecti esse plenè, & uerè probatum, nam non refert instrumenta publica, an per testes quid appareat ceditis. C. de fide instrumen. & c. forus. de uerbo immo quandoque maior fides adhibetur instrumentis. l. testium. C. de testibus. & probationi facti instrumentum standum est, donec contrariu probetur. l. cum precibus. cum ibi no. C. de probatio.

6 ¶ Secundo hoc instrumentum fuit per eos qui contraxerunt, expressè approbatum, & contentum ex alia conventionem facta in alio instrumento anno 1484. in dictione fecunda, & die decima gusti scripto per ser Zachariam Rosabeccum inter alia declaratum fuit, quod fuerint terrarum habetur in primo instrumento: ite quod secundo mento standum esset quo ad ea, quæ in primo omnia, & consequenter, quod contenta in illo non deberent obseruari casu, quo illud repetere perinde est, ac si omnia in primo instrumento essent in secundo posita, & relata, quia omnia in dispositione relata cefentur in dispositione re expressa, & repetita. l. omnes. C. de preceptis ginta annorū, & in authen. de filiis ante dotacionatis. & Bar. in l. prator. §. eritque. ff. de uerbo bono ex quibus sequitur, quod licet primū instrumentum aliquibus cancellati, & in aliquibus interuenit in eo indictio deficiat, tamen illi sit adhibenda sit esse dicta pars secundi instrumenti, in quo defectio deficit, nec aliqua est rasura, seu interuentione in primo instrumento facta illud suspectū ita, quod ex eo nulla debeat fieri fides, quæ habentur per doct. in l. si unus. C. de test. in c. ex literis. de fide instrumen. & per Bartol. & ideò. ff. de iis, quæ in testament. delent. cum bus, & tamen propter hoc non redditur instrumentum cuius fides possit suppleri, & probari, ut clarus in d. l. si unus. & omnes fatentur, quod si fides non faceret, ut ibi, & ita in terminis dicti lin. in d. c. ex literis. dicēs, quod ex alia scriptura in instrumento fides instrumenti cancellati, & interuentione suppleri potest: sed in casu, de quo agitur, dicti primi instrumenti cōprobatur ex dicto secundo instrumento, ergo et primum fidem faciet, ac probabitur ex conventionem partium agi potest, quod illud solum semiplenam fidem facere potest, tamen ut uolunt doct. in c. 2. de probatio. & in l. a iudice. ff. de iureiur. & habetur per Bar. in l. si. ff. de pupula. & in l. theopompus. ff. de dote prelegata. & ibi per Moder. adductis in c. 2. de fide instrumen. in casu nostro partes conuenire potuerunt instrumentū primum alias plenam fidem mandant plenā faciat, prout in secundo instrumentum confectū fuit inter ipsum dominum Christophorum &

10 los de Vandolis. ¶ Quarto considerandum est

Christophorus, à quo fr̄s sancti Dominici cau-
sam habuerunt respectu rei, de qua agitur, produxit
primum instrumentum in causa, quam iam diu
habuit cum do. Ioanne eius fratre, ueluti in processu
quodam producto apparet, & p̄r do. Christophorus
illud instrumentum acceptasse, & probasse,
ut faciat fidem non solum pro se, sed et cōtra se, quia
videtur instrumentum etiā non solemne uidetur
produciens fidem in eo uera esse, & faciūt fidem etiam
cōtra se, & Bal. in l. 2. in fi. C. de fideicom. liber. Inn. in c.
de iurei. de iurei. in c. cum uenerabilis. de except.
sequitur Bal. in l. si quis testibus in 1. col. C. de testi.
¶ Vltimo terræ prædictæ del Vandolo posita in uil-
la Albereti fuerunt per tres sententias conformes ip-
si do. Ioanni Auditoribus Rotæ adiudicatæ tanquā
de bonis dicti do. Gasparis, nam do. Ioanni cum do-
mina Iuliana filia do. Christophori litiganti fuit ad iudi-
catis possessione Remengine laborerij duorum parium
de dicta terræ del Vandolo fuerunt sub illa ad iudi-
catione possessionis comprehensa, alioquin uerum
nō esset, quæ possessio esset laborerij duorum parium
boni, & sententiā facit ius inter ipsas partes, suosq;
heredes, ut habetur in l. Iulianus. verum ff. de condi-
inde l. pen. ff. de iust. & iur. l. i. §. hoc interdicto. & not.
in c. quonia contra de proba. ¶ Quibus omnibus nō
obstantibus, concludendum est in casu nostro, legiti-
mè per heredes dicti do. Ioannis probatū non fuisse,
quod del Vandolo pro medietate, uel pro minori
parte de iure ad ipsum do. Ioannem spectauerint, &
pertinerint ex iure domini Gasparis de Rangoni-
bus, nec quod illi fuerint pecuniis dicti do. Gasparis em-
pta, quum mō ex deductis in processu constat, illas
plene iure ad dictum dominum Christophorum spe-
ctasse, eo quod ipsi fuerunt pro parte sui crediti in fo-
litan assignata, & pro alia parte fuerunt ab ipso em-
pta pecuniis propriis, ut apparet ex quodam instru-
mento confecto de anno 1484. die 16. Augusti & ro-
gato per Zachariam Rolabecco, qđ instrumentū
omniter suspicione, suaq; substantialia, & necessa-
ria habet, & cui instrumentū cōtrahentes debere stari
uoluerit, & ex quo dictus D. Christophorus erat do-
tor, & eques, p̄sumitur illas terras acquisiuisse de bo-
nis, & pecuniis propriis, & sic ex causa aduentitia, ut
colligitur ex not. per gl. & ibi doct. cōiter in l. cū oportet.
C. de bonis, que lib. §. quisq; enim ex industria, &
exercitio suo acquirere, & lucrari præsumitur. l. si de-
fundus Carbit. tute. ¶ Et qm̄ ueritas huius consulta-
tionis dependet ex his, que pro responsione obiectorū
adducuntur, ideo ad illa deueniendo, nō obstat in pri-
mo instrumentū confectum de anno 1466. de quo ro-
gatus fuit dictus ser Antonius Cauarissius, productū
pro parte dictorum heredum do. Ioannis ad fundan-
dam eorum intentionem, quia illi multipliciter respōde-
tur. ¶ Primo, qđ ex quo illud instrumentum reperit
cancellatum, seu rasum, item interlineatū in margi-
ne, & in loco substantiali, & suspecto, & circa ea, que
ad partes, & nō ad notariū spectant, nec manu eiusdē
notariū in corpore instrumenti, uel in subscriptione
scriptum fuit, quod ipse manu sua cancellauerit, & in-
terlineauerit, nec quare hoc fecerit, illi instrumentum
non est fides adhibenda, nisi ex aliis probationibus
confirmaretur, probaretur id, quod in instrumento
continetur, ut est tex. in l. si unus. & ibi Bart. Bald.
Alex. & doct. communiter. C. de testamen. cum
similibus ibi per Alexand. & Moder. adductis. Præ-
terea dicit Felin. in c. ex literis. in ulti. col. in 6. notab.
de fid. instrum. qđ in summarijs instrumentū debet ef-
se sine macula, & abrasione, nec sufficit, quod ex
probationibus aliorum testium adiuetur per nota. à

Iaco. Butr. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. sed nos
sumus in summarijs, ut patet ex tenore instrumenti
transactionis factæ inter fr̄s, & religiosos sancti Do-
minici ex una, & heredes dicti do. Ioannis ex alia, er-
go & c. Secundo ¶ Illud instrumentum caret substan-
tialibus suis, uidelicet indictione, iuxta tex. in auth.
ut prapo. nom. imper. colla. 5. & in auth. qui. mo. nat.
effi. legi. §. quantum uero. & c. in nomine domini. 24.
dist. cum sim. ergo in totum quoad omnia sua capi-
tula redditur suspectum, & nullum, ut in c. inter dile-
ctos. & ibi gl. de fi. inf. & in terminis hoc uoluit Pau-
16 de Cast. in d. l. si unus. Nec ¶ sufficit, qđ in eo fuerit ex-
pressus annus, per cuius expressionem indictionis de-
fectus non suppletur, alioquin ultra annum expres-
sio indictionis pro substantia non requireretur, cu-
ius contrarium præsupponunt iura præalleg. & doct.
maximè Abb. Imo. & Moder. in c. 1. de fid. instru. nec
indictionis defectus instrumentum uitaret, cuius cō-
trarium est uerius s̄m doct. cōmuniter, per iura præ-
allega. & prout latius in casu nostro disputat subtilis
doctor do. Carolus Ruin. ad cuius dicta me remitto.
Tertio dato, sed non concessio, qđ rasura, interlinea-
tio, seu defectus iurisdictionis non noceant, & conse-
quenter instrumentum, de quo d. ser Antonius fuit
rogatus, non sit in totum, nec in parte suspectum, &
sic quoad alia in eo contenta plenam fidem faciat, ar-
gu. d. l. exercendis. & d. l. cum precibus. cum si. tamen
ex eo plena, & legitima probatio, seu fides nō fieret,
qđ terra del Vandolo in totum, uel pro parte specta-
uerint, & pertinuerint ad do. Gasparem patrem dicti
do. Ioannis, nec qđ fuerint pecuniis dicti do. Gasparis
emptæ, nulla enim in eo instrumento fit mentio, seu
fides de terris positus in uilla Albereti, nec aliter prædi-
ctæ terræ sufficienter, & legitime in d. instrumento
demonstrantur, sed solum in eo dicitur, qđ do. Christo-
phorus teneatur dare, & soluere libras centum quin-
quaginta pro dimidia parte bebularum trigintaqua-
tuor terrarum in infrascriptis petiis terrarum positis
& confinatis, ut infra, ¶ nec infra postea aliqua fit mē-
tio de illis petiis terræ, nec aliter per appositionē ter-
minorum, confinum, & locorum demonstrantur: er-
go illa appositio, & expressio terrarum tanquam pe-
nitus incerta perinde haberi debet, ac si nullo modo
fuisset expressa, nec facta, ut colligitur ex his, que pon-
nit Bar. in l. i. ff. de cond. & demon. & est bonus text.
in l. si in rem. in si. q. ff. de rei uen. ubi Bart. inquit rē
debere clarè demonstrari, puta fundum per nomen
suum, & in quo loco sit, qđ si non ita demonstraretur,
non poterit super petitione huiusmodi tanquā incer-
ta condemnatio sequi. ¶ Non ob. secundum funda-
mentum, qđ instrumentum, de quo dicitur ser Anto-
nius fuit rogatus, fuerit per dictum do. Christopho-
rum, & illos de Vandolis inuicem contrahentes con-
firmatum, & approbatum, quia responderi potest, qđ
per secundum instrumentū, de quo fuit rogatus præ-
fatus ser Zacharias, de anno 1484. non fuit confirma-
tum, nec approbatum expressè instrumentum, de quo
dicit ser Antonius fuit rogatus, sed simpliciter quod-
dam instrumentum inter ipsas partes confectum, er-
go debet intelligi de alio instrumento ualido, & non
de instrumento ipsius ser Antonii, quod multiplici-
ter dicitur nullum, inualidum, & suspectum, ut s. di-
ctum fuit: nam ¶ quando fit mentio simpliciter de in-
strumento, semper debet intelligi de ualido, & non
de inualido. Bal. in l. si. §. in computatione. in vlt. col.
C. de iur. delibe. Bar. in l. 1. §. & parui. in 1. col. ff. quod
ui, aut clam. Ang. in l. 2. §. 1. ff. quemadmo. testa. aper.
& Alex. in consi. 145. uolu. 2. & in consi. 82. uolu. 4. &
20 ¶ appellatione sententiæ intelligitur de ualida. l. 2.
ff. de p̄enis. Bal. in l. 1. in 5. colum. C. ne ex delict. de-
fun.

fun. Bar. in l. fi. C. de sentent. & l. 4. §. cōdemnatum. ff. de re iudic. cū similit. Idem dicitur, quando fit mentio simpliciter de mādato. nam intelligitur de ualido, & legitimo Bal. in l. fi. col. penul. C. de cōdil. edict. Præterea ex uerbis dicti instrumēti rogati, & scripti per ser Zachariam cōfirmatur quoddam instrumentū factū de anno 1465. & de bebulchis terrarum 39. positus in uilla Albereti, instrumentū uerō, quod fuit scriptū manu dicti ser Antonij, fuit confectum de anno 1466. & de bebulchis terrarū triginta quatuor, nec in eo dicitur, quæ terræ fuerint positæ in uilla Albereti, & cō sequenter ex his euidenter cōstat de pluralitate plurium instrumentorum, quāuis in dubio pluralitas actuum, & instrumentorū non præsumatur, arg. l. qui habebat. ff. de rebus dub. & per Bal. in l. fi. in fi. C. de rebus credi. & per Alex. in consi. 53. incipien. in causa uertente in 2. col. uol. 1. & ex his respōdetur et tertio fundamento, de quo supra. ¶ Non obstat quartum, quod producit instrumentum etiam non solemnne uideatur fateri omnia in illo contenta esse uera, & propterea fidem faciat non modo pro se, sed et contra se. Quia respondetur primo quod illud esse uerum in instrumēto ualido, uel in ualido ratione solemninitatis ommissæ, secus in instrumēto suspecto de falso, ut dicit Bal. in l. 2. in fi. C. de fideicom. liber. sed instrumentum rasum, cancellatū, & interlineatū in loco suspecto, & circa substantialia instrumenti, & in quo et deficit solemnitas indictionis, dicitur esse suspectum de falso, ut habetur per doct. in d. l. si unus. ergo & c. Præterea Bal. in d. l. 2. in fi. uer. loquitur de instrumēto simpliciter nō solemnne, ut quia in eo solemnitas tantū deficiat, ergo secus, quādo ultra defectum solemnitatis concurreret etiam cancellatio, & interlineatio, ex quibus de per se instrumentum redderetur suspectū, ut supra. Rursus Bal. in locis præallegatis loquitur, quā quis simpliciter producit instrumentum publicum non solemnne, secus ergo, quod quādo quis nō produxisset illud simpliciter, sed cū protestatione uidelicet in parte, & partib. prout factū fuit in his terminis, nam cū expressè aliter constat de cōtraria mente producentis, non potest dici, quod omnia in dicto instrumēto cōtenta fateri dicatur, quia in incertis, & nō in certis locis est coniecturis. l. cōtinuus. §. 1. ff. de uerb. ob. nec Bal. in dictis locis loquitur in hoc casu, sed quādo quis simpliciter instrumentū produxisset: & quāuis protestatio illa, uidelicet acceptando in parte, & partibus, operetur, quod instrumentū sic productū fides pro producente non adhibeatur, cum non possit produci pro parte, quin in totum producat, ad tradita per doctores maximè Moder. in c. 2. in 4. limitatione de fide instrum. cum similit. ibi allegatis, tñ non operatur, quod fides illi contra producentem adhibeatur, nam sicut productum hoc modo nō facit fidem pro producente, ita nec cōtra ipsum facere debet: & hoc est id, quod uolunt scriben. in locis præallegatis, quod instrumentum non potest cum illa protestatione produci, nec illa protestatio quicquam operatur quoad effectum, ut per illud instrumentū fiat fides ad fauorem producentis, & non cōtra ipsum. Vel dici potest secundū Bal. in l. unica. in 4. col. C. de confess. quæ referunt Moder. in d. c. 2. in 4. limitatione, quod licet libri rationū, qui cōtra scribentē fidem faciunt, nō possint pro parte acceptari, & pro parte nō, tamen instrumentum publicum diuersa habens capitula potest sic acceptari. ¶ Ultimo nō obstat, quod dictæ terræ del Vādolo fuerint adiudicatæ domino Ioanni agenti contra do. Iuliam filiam do. Christophori, quia hoc non uideretur uerum, solum enim reperitur, quod fuit illi adiudicata possessio quædam della Remengina laborerij duorū parium bouū, de terris uerō del Vādolo

nihil in adiudicatione reperit expressum, nec ex literis exequutorialibus, & ex eo, quod dicta possessiō hāc laborerij duorū parium bouū includuntur, nec cōprehenduntur terræ laborerij, & loci, quā ea, quæ causa demonstratur, nō nocent, neque præiudicant. l. demonstratio. ff. de cōditio. & demonstratio. & not. in l. 4. §. 1. cū similit. Terræ autē del Vādolo non possessionis della Remengina, ut probatū est. Præterea sententiā lata cōtra do. Iuliam filiam ni Christophori nō debet nocere fratribus legitimis legatariis dictarū terrarum, quæ res in acta iuribus uulgaribus, & faciunt, quæ habentur Bar. Alex. & alios in l. si feruus. §. 1. ff. de leg. Alex. uelle uidetur, ita demū sententiā notariis, si ipsi et citati fuissent: & ut ex predictis stiffimè apparet, negari non potest, quin factus sit ambigua, & ualde dubia, & ideo in ea est interpretatio amplectēda, quæ pro religio & ecclesiis fauet. l. sunt personæ. ff. de religio. fun. Quare cōcludo partes dñi arbitri fore habere in iudicando, seu arbitrando ad fauorem eius, & religioforum sancti Dominici, & cōtēdes dicti do. Ioannis de Rangonibus, quod probauerint dictā dimidiā, uel minore partem del Vādolo de iure spectasse, & partem dicti do. Ioannē ex iure do. Gasparis eius de pecuniis dicti do. Gasparis emptā fuisse reā illa spectat, & pertinet ad dictū m. comm. fratres sancti Dominici, quibus relaxata cōtēta, & promissa in dicto cōtractu fuerint inter ipsas partes facta, & celebrata. Lat. 1.

S V M M A E.

- 1 Instrumentum quando est interlineatum, seu cancellatum, notarius debet in subscriptione scribere nem facere, quod ita fuit factum confessione de consensu partium, alius instrumentū fidei non facit cōsuetudo loci, & notariorū cōtraria extaret, etiam.
- 2 Que consuetudo ualidè hoc potest inducere, & num. 18.
- 3 In leuandis, & publicandis instrumentis consuetudo notariorū est seruanda, & num. 7. & 14.
- 4 Abrasio, cancellatio, & apostilla quando fidei instrumentum ceat, etiam si de illa per notarium fides in subscriptione notarij est seruanda, & num. 7. & 14.
- 5 Notarius si in quasi possessione conficiendi instrumentum de existat, gestia ab eo ualent, et si alius esset aliquis notarius.
- 6 Instrumento extenso, & publicato per alium notarium de consuetudine, secus de iure.
- 7 Idem in instrumento leuato, & publicato absq. scriptura.
- 8 Consuetudo notariorū in conficiendis, leuandis, & publicandis instrumentis quomodo probetur.
- 9 Actus, & dispositio omnis siue legalis, siue interuoluntatis semper à consuetudine loci declaratur, & restringitur.
- 10 Instrumento parte presente leuato, & publicato si originale reperiretur cancellatum, & apostillatum.
- 11 Apostillis instrumenti in margine factis statim, quod illas manu eiusdem notarij scriptas fuisse.
- 12 Instrumentum originale debet leuari, & publicari, postquam.
- 13 Nisi contraria extet consuetudo.
- 14 Index exequutor non potest suam interloquutionem in do latam reuocare, quando res desit esse interuoluntatis parti fuit ius acquisitum.
- 15 Exceptis reseruat in aliqua admissione per iudicem, & quomodo is, ad cuius fauorem reseruat fuerit, & quomodo.
- 16 Et quid illa clausula, saluis exceptis, importet, & quomodo ligatur.

E P I T O M E.

APOSTILLAS, cællationes, & interlineationes in originalibus appostas nō uitare in instrumentis